115 [=77] in tubis plumbeis rep. Strongoli in novae aedis Capucinorum fundamentis.

PETILIA

Gualterus not. p. 145 ex ore P. Aemilii Sanctorii Urbinatium archiepiscopi.

Scribi debuit PETELIA.

116 Strongoli. Nunc in oppido Cirò apud Ioh. Franc. Pugliese.

D · M · S
HA · VE ·
AV · FI · DIA ·
HEV · RE ·
SIS · VIX ·
AN · VIII ·
FECIT · PATER
S · T · T · L ·

Pistoia Petelia (1867) p. 54, cui descr. Nic. Volante.

117 Strongoli. Nunc Cirò in aedibus Pugliese.

D · M · S ·
C · MARIVS ·
LEO ·
VIX · ANN ·
XXXIII ·
S · T · T · L ·

Pistoia Petelia (1867) p. 54, cui descr. Nic. Volante.

118 Strongoli. Nunc Cirò in aedibus Pugliese.

D · M · S ·
SECVNDO · PRIMVS ·
ET · LAVDAMIA ·
FIL · PIISSIMO ·
V · A · XVII · M · VII
D · XXVI ·
S · T · T · L ·

Pistoia Petelia (1867) p. 54, cui descr. Nic. Volante.

4 per monogramma scriptum esse ait editor.

119 Strongoli. Nunc Cirò in aedibus Pugliese.

D · M ·
*s*VCESO ·
FRATER · BF ·
NFAAER · FNIIF
DIA · XXXVI ·

Pistoia Petelia (1867) p. 54, cui descr. Nic. Volante.

2 LVCESO traditur.

VIII. *Cariati.*

120 rep. prope Cariati in Calabria.

D · M · S
VALENTINAE · FILIAE
EVTROPVS · ET · MIRALLYS
PARENTES
VIXIT · ANNIS · II

P. Veneri dedit Nisseno.

IX. *Ager Consentinus.*

Consentiam metropolin Bruttiorum Strabo appellat (6, 1, 5 p. 256) eundemque ei locum adsignat quodammodo lapis miliarius Pollanus (supra p. 2), scriptoresque item passim eius meminerunt Varro de r. r. 1, 7, 6; Cicero de fin. 1, 3, 7; Livius 8, 24 (?). 23, 30. 25, 1. 28, 11. 29, 38. 30, 19; Mela 2, 4, 68; Plinius 3, 5, 72. 14, 6, 69. 16, 27, 115; Appianus Hann. 56, b. c. 5, 56. 58; Ptolemaeus 3, 1, 74; liber coloniarum p. 209; Iordanis Get. 30. Quo magis mirum est in universo hoc agro inscriptiones demptis falsis (n. 4*—13*) neque Graecas (quamquam Graece magis quam Latine Consentinos locutos esse Cicero de fin. 1, 3, 7 significat) neque Latinas ullas adhuc repertas esse; nam eae quoque, quas infra posuimus utpote repertas ad S. Benedicti Ullani, et exiles sunt et fortasse ne eae quidem genuinae.

121 [=71] urna in vico San Benedetto Ullano MD p. a Montalto civitate Calabriae in ecclesia abbatiali.

D · M
L · AVREL
STEP
PROC · AV*g xx*
HER
AVG

Elias Amati apud Mur. ms. 18, 224 (inde male Mur. ed. 680, 1) eodemque exemplo Acetus in Barrium (1737) II, 5 p. 73 et A. S. Mazochius in syll. ms. ab abbate Blaschio et Carolus Nardus Neapolitanus cum apud Calogerà t. 22 p. 215 seq. (inde Mur. 2042, 3) tum in inscriptionum specimine (Neapoli 1763. 8) p. 207—270. Orelli 2968.

Amatium secutus sum, nisi quod versuum divisio hiatusque indicatio meae sunt. D·M·L·AVRELIO·STEPH·PROC·AV·HEREDIS AVGVSTI Acetus, D·M·L·AVRELIO·STEPH (STEPHANO Nardi) PROC·A·VEREDIS (ex AV·HEREDIS) AVG Maz. Nardi. Titulus sincerus videtur, profertur tamen cum falsis.

122 Ullani in agro Montaltino.

D · M
MAX · KλFON
ANN · XII · M · III
MAX · KλFLI · SAλ
PARIIN · PIIINTISSIM

Mur. ms. 18, 224 ab Elia Amati Carmelitano.

X. COPIA THVRII (*San Mauro*). *Tribu Aemilia.*

Sybari urbi postquam successerunt Thurii (ita titulus n. 125 et auctores plerique, in his Cicero, Caesar, Varro; *Thurium* Mela 2, 4, 68 et Ptolemaeus 3, 1, 12), Thurinis a Lucanis obsessis a. u. c. 472 cum Romani opem tulissent eosque obsidione exemissent (Liv. ep. 11; Dionys. 19, 13; Val. Max. 1, 8, 6; Plinius h. n. 34, 6, 32; Ammian. 24, 4, 24; Appian. Samn. 7; Strabo 6, 1, 13 p. 263), ipsi oppido potiti sunt. Bello Hannibalico cum defecissent a Romanis propter obsides crudeliter Romae interfectos (Liv. 25, 7. 15. 26, 39. 27, 1. 26; Appian. Hann. 34. 49. 57), devicto Hannibale a. u. c. 561 *in Thurinum agrum* (sic Livius 34, 53; *in castrum Frentinum* quod legitur apud eundem 35, 9 eodem redit, sive corruptela subest sive castellum quoddam agri Thurini significatur) colonia deducta est iuris Latini (Liv. 34, 53. 35, 9). Deduxerunt IIIviri A. Manlius Volso, Q. Aelius Tubero, L. Apustius Fullo; 'tria milia' Livius addit, 'peditum iere, trecenti equites, numerus exi-